



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem
præceptorum secundæ tabulæ

Tamburini, Tommaso

Monachii, Anno M.DC.LIX.

Discrimen inter dubitationem, suspicionem, opinionem, & judicium,
numero 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39995

LIBER NONVS,
IN DECALEOGVM.

Non falsum testimonium dices.

Non falsum testimonium affers
contra proximum , primò tibus indicijs , incipiat adhædere uni
intra te ipsum, si temerè de parti, licet imperfectè , & cum magna
illo judicas ; secundò, co-
ram judge, si falso eumdem proximū
denuncies, accuses, infames, &c. tertio,
coram non judge, si de eodem perpe-
ram obloquaris ; de quibus omnibus
hic erit breviter disputandi locus.

CAPVT PRIMV M.

De falso, seu temerario judicio.

*Discrimen inter dubitationem , suspicio-
nem, opinionem, & judicium.*

Hæc quatuor voces , dubitatio,
suspicio, opinio, & judicium,
in hac re nostra , sic differunt.
Si intellectui proponatur aliquod ob-
jectum, circa quod debeat judicare ali-
quid, de quo sufficientia indica minus
apparent, unde is hæreat, nesciatque, an
affirmare potius debeat, an negare, di-
cetur esse dubius ; & si quidem intelle-
ctus tunc veluti suspensus & perplexus
nullum actum eliciat, dicetur dubitare
negativè ; si verò eliciat actum , quo se
dicit dubitare, dubitabit adhuc negati-
vè ; sed quia additus jam est ejusmodi
actus quasi reflexus, dicitur ab aliqui-
bus dubitare positivè .

2. Quod si intellectus, ex insufficiente-
re contra proximum , primò tibus indicijs , incipiat adhædere uni
intra te ipsum, si temerè de parti, licet imperfectè , & cum magna
illo judicas ; secundò, co-
formidine oppositi , dicetur ejusmodi
actus suspicio propriè dicta ; si verò ex
iisdem insufficientibus indicijs adhæ-
reat uni parti determinatè , licet cum a-
liqua formidine oppositi , dicetur opi-
nio : unde advertis , suspicionem pro-
priè dictam , esse veluti inchoatam &
imperfectam opinionem, ab ea que di-
stingui secundum magis & minus.

3. Si denique firmiter intellectus uni
parti adhæreat ita, ut saltem moraliter
de re non dubitet , dicetur judicium
certum elicere. Dixi (saltem mora-
liter) id enim satis superque est ad ju-
dicium certum practicè : nam ad judi-
cium certum ~~speculativè~~ , debet addi-
evidentia, per quam judicet intellectus,
aliter rem se habere metaphysicè non
posse.

*Conditiones requisitæ, ut judicium
sit mortale.*

4. Iam verò certum est primò, ju-
dicium temerarium ex se esse peccatum
mortale, quia sic gravis contra justitiam
injuria sit proximo. Neque valet di-
cere ; probabiliter docent nonnulli
non esse mortale, etiam sine causa, cri-
men os-

